

& Joan. Lucena in eius vita, Joan. Maffei. histor. Ind. lib. 14. pag. 335. Fr. Ant. de San-Roman. in hist. Ind. Orient. lib. 4. cap. 10. pag. 664. & melior Ferdin. Mendez Pintus, qui se oculatum testem fuisse affirmat, in sui peregrin. cap. 109. Et idem fecit B. Pat. Matthæus Riccius in suis christianis inter Sinas expeditionibus, ut narrat Nicol. Trigaultius in historia, quam de eis eleganti stylo composuit, lib. 3. cap. 11. Novum quippe non est, sed multis retrò exemplis, & seculis comprobatum, ut honor vestibus pretiosioribus, vel ornatoribus adhibeatur, atque capropter illis quilibet citra vanitatis, & luxus notam secundum dignitatem, quam gerit, vel officium & legationem, quam exercere studet, uti potest, & debet, ut late probat Chassan. in Catal. glor. mundi 1. part. consid. 23. in princip. & part. 7. consid. 44. & part. 12. consid. 96. Specular. loquens de iudicibus, & advocatis, tit. de advocat. §. Sequitur videndum de vestibus, colam. 2. & Stephan. Gratian. discip. forens. cap. 284. numer. 39. & seq.

Quinimo licitum etiam esse, infideles, exemplo & sanctorum Prædicatorum inducere, quamvis aliquando in his falli auditores contingat, idem Zurita docet cap. 8. motus auctoritate, & argumentis D. Thom. 2. 2. quest. 10. art. 2. & in 1. 2. quest. 54. & 57. art. 2.

Et ibidem in questionem deducit, utrum si Indus non intelligat graviora, & firmiora argumenta, quibus ad Fidem adduci posset, liceat levibus aliis & imbecillis rationibus illum attrahere: Et non licere resolvit, quin potius graviter peccare, qui solidas rationes omittit, & falsis, levibus, aut sophisticis rem adeo gravem pertractat, & in qua vix quisquam prudenter credere possit, qui causas credendi sufficientes non habuerit, secundum D. Thom. 1. 2. quest. 100. art. 5. & 2. 2. quest. 189. art. 9. & quest. 4. art. 1. Maxime cum tunc ita rudi, & barbaro ingenio esse possit, ut capere non valeat evidentes quasdam de Fide credenda persuasiones, ex traditis ab eodem D. Thom. 1. 2. quest. 58. art. 4. & quest. 65. art. 3. & in 2. 2. quest. 45. art. 5.

Et faciunt, que in simili tradit Tiber. Decian. lib. 5. crimin. cap. 10. num. 18. docens, quod quemadmodum minis, & timore infideles ad Fidem allicere non permittitur, ita nec fallacis aut deceptionibus, ex dict. cap. qui sincera, cum aliis sup. relatis. Et Simon Majol. dict. tract. de perfidia Judæorum, pag. 220. ubi resolvit, nemini permissum esse, se defendere, aut Fidem suam adstruere cum injuria Christi, & contumelia Ecclesie. Unde Job. 13. dicitur: Numquid Deus indignetur vestra mendacio? Et D. Paul. ad Roman. 3. Si enim veritas Dei in meo mendacio abundat in gloriam ipsius, quid adhuc ego tamquam peccator quidam, & non sicut blasphemator, & sicut ajunt quidam, nos dicere, faciamus mala, ut inde eveniant bona quorum damnatio justa est?

CAPUT XIX.

In quo de Solutione argumentorum, que in prædicta questione ad utramque partem expensa sunt, specialiter agitur.

SUMMARIUM.

- 1. Auctores, qui ad Fidem introducendam vim aliquam permittunt, qualiter sunt accipiendi, & defendendi.
- 2. Apostolicum modum in predicando observare, ubi illud commodè fieri potest, congruentissimum est.
- 3. Indorum Novi Orbis conversio media quadam via citanda fuit.
- 4. Fidei in negotio, inter Barbaros & protervos, levein aliquam compulsionem & severitatem saluarem admittit D. Aug. & alii, quorum verba referuntur.
- 5. Auctores, qui nullam omnino vim nec armorum terrorem in conversione infidelium admittunt, securiorum opinionem sequuntur, & qualiter argumentis contraria respondent.
- 6. Fidei predicandum, & propagationem quomodo Christiani curare tenentur, non tamen debent hac causa Apostolicos predicandi canones transgrediri.
- 7. Sancta que sunt, sanctè tractari debent.
- 8. Finis bonus non justificat actum, nisi per justa media exequatur.
- 9. Intentio bona non excusat eum, qui illicita facit.
- 10. Infideles quomodo peccent non recipiendo Fidem, non tamen possunt à fidelibus hoc prætextu puniri.
- 11. Præceptum de predicanda Fide non obligat ad transgrediendum aliud, quo intones puniri, & debellari vetantur.
- 12. Conversionem aliorum nemo curare debet, si se exponat periculo peccandi.
- 13. Peccatum quantumvis veniale quis committere non debet, etiam propter lucrandas omnes animas mundi.
- 14. Principes licet sint Divina legis, & Fidei custodes, illam tamen debitis modis tueri debent, non autem illicitis & violentis.
- 15. Natio nulla est, ex qua aliqui non sint prædestinati.
- 16. Ecclesie Dei omnes gentes promittæ sunt, non tamen omnes homines omnium gentium.
- 17. Reges Hispanie curam conversionis Indorum sibi à Sede Apostolica demandatam, qualiter exercere debeant.
- 18. Finis curam qui habet, licet possit disponere media, intelligitur de mediis permittis, & ad illum finem proportionatis.
- 19. Arma, quibus Christiani milites, & Prædicator in conversione Indorum uti debent, qualia sint.
- 20. Ministri, si idonei fuerint etiam hodie, Apostolico more predicando, multum inter barbaras nationes proficiunt.
- 21. Apostoli olim inter nationes non minus feras, & barbaras, quam Indorum, soli, & inermes prædicaverunt.
- 22. S. Fran. Xaver. modo, & fructu sue predicationis utile, & recens deat nostris temporibus Apostolica imitationis exemplar.
- 23. Indorum salus desperanda non est, quos jam Deus ad Evangelium vocare, videtur.
- 24. Prædicatoribus Fidei certissimum auxilium Deus, Isaie 55. & Psal. 67. promittit.
- 25. Linguarum varietas, & ignorantia veros prædicatores Fidei à conversione Indorum terrore non debet.
- 26. Prudentia caret, qui quod caeteri virtute vacuum est, humanis consiliis explere intendit.
- 27. Apostoli magis virtutibus, quam miraculis, Orbem converterunt.
- 28. Infideles hodie etiam magis virtutibus, quam signis Prædicatorum movebuntur, & quare, cum D. Chrysost.
- 29. Miracula non defuerunt hoc seculo prædicantibus inter Indos.

- 30. Regula de concessione antecedentis ad positionem consequentis, fallit, quando hoc sine illo exerceri potest.
- 31. Zelus extendende christiana religionis tunc laudari debet, cum ejusdem Religionis præcepta non frangit.
- 32. Cap. si non ex Fidei 23. quest. 4. vera explicacione donatur.
- 33. Intentio recta in bellis semper requiritur, & laudatur.
- 34. Infidelibus, quando bellum licite inferri possit.
- 35. Cap. dispar. 23. quest. 8. explicatur. Et num. 381. & 41.
- 36. Saraceni, & alii infideles, qui sunt hostes Fidei, & occupant Provincias Christianorum semper debellari possunt.
- 37. Bellum à Christianis contra Turcas licet moveri non posse, fuit heresis Lutheri & Erasmi, que reprobat.
- 38. Argumentum à contrario sensu non valet, quando ex eo resultat abonus intellectus, vel aliorum jurium correctio.
- 39. Relativum quis vel qui aliquando restrictivè aliquando declarativè, & generaliter ponitur.
- 40. Lex 2. tit. 23. part. 2. explicatur.
- 41. Infideles ad fidem bellorum terrore non cogendi.
- 42. Ecclesia licet hodie majorem auctoritatem, & potentiam habeat, quàm antea, non tamen ea utitur adversus simplices infideles quietè & pacificè agentes.
- 43. Cap. si Ecclesia, cap. non invenitur, cap. displicet 23. quest. 4. vera expositione donatur, Et num. 53.
- 44. Deus semper vult, ut infidelium conversio sue divina dispositioni, & non humani mediis tribuatur.
- 45. Fides semper spontanea esse debet.
- 46. Deo non placent servitia coacta, & hilarem datorem diligit.
- 47. Hereticos, Schismaticos, & Apostatas non posse ab Ecclesia puniri, aliquid censuratur, quorum error convincitur, & damnatur, Et numeris sequentibus.
- 48. Infideles quomodo Ecclesia non puniat, bene tamen punire potest, & debet, Hereticos, Schismaticos, & Apostatas, & quare.
- 49. Inquisitores causarum Fidei non puniunt infideles non baptizatos, sed eos tantum, qui à Fide semel professa recesserunt.
- 50. Heretici non solum puniri, verum si opus fuerit, aperto Marte ab Ecclesia debellari, & funditus deleri possunt.
- 51. Auctores plurimi recensentur, qui de justitia punitionis, & debellationis Hereticorum, latissime disputant.
- 52. Heretici, & Schismatici, Saraceni, & cæteris infidelibus, imò & lupis deteriores sunt, & magis puniendi.
- 53. Ecclesie auctoritas & potestas post Constantinum major esse capit, & magis publicè, ac liberè exerceri.
- 54. Parabola Patris familias invitantis ad nuptias, & intrare compellentis, quos ultimo loco vocaverat, multifariè cum SS. Patribus explicatur.
- 55. Cap. Schismatici 23. quest. 6. explicatur.
- 56. Cogi quodammodo dicitur, qui importunitis precibus suadet.
- 57. Infideles licet possunt ad fidem per effecacem & importunam etiam suasionem compelli.
- 58. D. Pauli locus 2. ad Timoth. & Jerem. 1. 24. de instantia predicationis Fidei expenditur.
- 59. Cap. Majores, de baptismo ponderatur, & illustratur.
- 60. Conversio coacta D. Pauli humanis regulis metiri non debet. Miraculose que à Deo facta sunt, in exemplum vel consequentiam adduci non debent, ibidem.
- 61. Deus res, quas condidit, suos cursus agere sinit.
- 62. Sacra Scriptura exempla, que à communibus Theologie regulis exorbitant, veneranda sunt, & non imitanda.

- 63. Deus animas hominum multis modis invitat, etiam stupesciendo, ex D. Thom.
- 64. Cap. vides 23. quest. 6. & cap. quid faciet 23. quest. 4. explicatur.
- 65. Coactio infidelium ad Fidem etiam si vi indirecta fiat, reprobat est.
- 66. Voluntas proventus libera non reperitur in eo, qui etiam cautivè, aut conditionatè ad baptismum compellitur, Et quatenus voluntas coacta, voluntas sit.
- 67. Velle ejus est, qui potest & nolle, & aliorum imperio non obsequitur.
- 68. Res imperiosa est timor.
- 69. Voluntatem liberam qualiter diffinit D. Augustin.
- 70. Bella per Constantinum, & alios Christianos Principes adversus infideles non ob id solum gesta fuerunt, ut Fidem reciperent, sed ex aliis causis, que referuntur.
- 71. Carolus Magnus qua de causa Longobardis bellum intulerit.
- 72. Leges, quas Constant. Theodos. & alii Imp. contra Paganos, & eorum sacrificia tulerunt, de infidelibus, eisdem Imperatoribus subditis, accipiendæ sunt.
- 73. Princeps quilibet potestatem habet in eos, qui sibi politè subditi, ut que sibi expedire videbitur, custodiant, etiam si diversa religionis sint.
- 74. Athanasii notabilis historia, & prophetia de templis Paganorum non lege Constantini claudendis.
- 75. Lex 1. C. de Paganis illustratur.
- 76. Paganorum nomen unde, & quare olim Gentilibus datum fuerit, late discutitur.
- 77. Paganus in jure dicitur, quotquot à militia erant immunes, & liberi.
- 78. Infideles, sibi subditos, à suis Regnis Princeps Christianus ex justis tantum causis expellere potest.
- 79. Sisoburus Hispania Rex, & Dagobertus Gallia, an præctæ, vel causativè Judæos sui Regni ad baptismum recipiendum coegerint.
- 80. Heraclii Imperatoris Constantinopolitani notabilis historia referitur, ob quam omnes Judæos sui Imperii baptizari coegit, & ut in Hispania & Gallia cogentur, curavit.
- 81. Sisoburi additionem tamquam injustam Concilium Tolet. IV. pro parte rescidit. Et plures alii Auctores aperte damnat, Et num. 83. & 85.
- 82. Concilio Tolet. IV. factum Sisoburi circa conversionem Judæorum reprobatum ipsum Sisoburum interfuisse, docet Episcopus Paletin. Qui reprobat.
- 84. D. Isidorus Hispanens. qui floruit temporibus Sisoburi, ejus factum etiam tunc prudentioribus non fuisse probatum, affirmat.
- 86. Reges Catholici Ferdinan. & Elisabeth, Judæos, & Mauros ab Hispania expellentés, justissimis rationibus moti sunt, & eis vim directam non intulerunt, Et num. 90.
- 87. Judæos, & infideles inter Christianos morari periculosum, Et num. 94.
- 88. Oculi dum spectant lætos, caduntur & ipsi, ex Ovidio.
- 89. Dissimilibus non conversari salutare est.
- 90. Disparitas inter infideles subditos, & non subditos.
- 91. Status, & Religionis tuenda ratio, efficit, ut infideles jam baptizatos à suis Regnis Princeps expellere possit.
- 92. Philippus III. Rex noster piissimus, & invictissimus laudatur, ob expulsas à suis Regnis Maurorum reliquias.
- 93. Mauri, sive Moritici ultimo ab Hispania per Philippum III. expulsi, quot fuerint, & historia hujus expulsionis remittitur. Dom. Petrus Fernandez Navarrete Regius Secretarius citatur & laudatur ibidem.
- 94. El consortio Judæorum imminens periculum.
- 95. Pepercunus Judæos conversus multa flagitia admisit, & carmina de eo Ulrichi ab Hutten.

Quibus ita præhabitis, & constitutis, prior opinio in questione, sive titulo, de quo agimus, juxta modum supra dictum accep-

ta, non ineptè defendi poterit, cum pro ea militent rationes, & auctoritates adeo lato calamo perorata. Et t ad contrarias responderi potest. Primum, & secundum argumentum non obstat, quia loquuntur de vi directa, & absoluta, qua verum est, neminem ad Fidem compellendum esse, cum hæc sit suadenda, non imperanda, aut cogenda: Nos tamen, non de ejusmodi vi, sed de indirecta, & causativa tractare, quæ, ut diximus, non reprobatur, & sæpe per medium bellorum, & comminationum inducitur.

Ad tertium verò, quartum, & quintum respondemus, t fatendo, verissimum quidem, & certissimum esse, Christi Fidem suaviter, & pacifice, atque Apostolico more, & instituto congruentius, & citra aliquod damnum, & scandalum prædicari, & ubi illud teneri commode potest, nihil prius, neque melius reperiri ut sæpe retulimus. In istis autem Novi Orbis regionibus ob rationes supra consideratas, exactè observari non posse, nec potuisse, t ac propterea alià media vià, horum barbarorum conversionem curandam fuisse, qui in sua infidelitate relinqui non debuerunt.

Quam solutionem, ultra Auctores supra capita præced. ex num. 5. allegatos, expressis, & elegantibus verbis tradidisse videtur D. Augustin. epist. 1. ad Bonifacium ita inquit: t *Melius quidem esse quis dubitaverit, ad Deum colendum homines doctrina doceri, quam timore pæne, vel dolore compelli? Sed non quia isti meliores sunt, ideo illi, qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit, prius timore, vel dolore cogi, ut possint postea doceri, aut quod jam verbis didicerunt, opere sectari.* Cujus loci mentionem faciens Just. Lipsius advers. Dialog. vers. Divinum illud, in fine, se non vereri, ait, in Fidei negotio, Levem aliquam, & cum spe fructus compulsionem admittere, minantem tamen magis, quam cogentem.

Nec dissentit Joseph. Acosta, qui ultra ea, quæ ab ipso mutuavimus supra prox. cap. numer. 7. iterum lib. 3. cap. 13. pag. 229. docet, infideles, qui se in recipienda Fide duriores præbent, rusticitate magis animi, quam electione rationis, cujusmodi Barbari plenè omnes sunt, iudicii vix sententiam sequentes, sed impetu, aut consuetudine impulsus, hos certè se veritate quâdam salutari in Ecclesiæ gremium intrare compellendos esse.

Si quis autem adhuc posteriorem t opinionem defendere voluerit, quæ nullam coercionem, nec armorum interventionem in Fidei prædicatione, & propagatione permittit, quamque in puncto juris veriolem & securiorem esse tradidimus, & novissimè probat Seraph. Freitas de justo Imperat. Asiat. cap. 9. num. 5. argumentis contrariis ita suo ordine satisfacere poterit.

Non obstat primum, inde constructum, quod Ecclesià, & ejus alumni non solum habeant potestatem verum & præcisam necessitatem Fidei per Orbem universum disseminandæ, prout & infideles illum recipiendi: & in hoc magis, quam in cæteris omnibus rebus caritatis officium ac præceptum impleri. Nam t responderetur, hæc quidem omnia verissima esse: ita tamen infidelium conversionem disponi debere

ut nulla violentia eis hæc de causâ inferatur, nec doctrinâ Apostolicâ limites excedantur, sed potius res adeo pia, t & sancta, piè quoque, & 7 sanctè tractetur, ut alias dicitur de matrimonio in, Concilio Trident. sess. 24. de reformat. mat. cap. 10.

Finis t quippe bonus alicujus actionis non 8 facit eam bonam, aut legitimam nisi per justos, & legitimos tramites fiat, princip. proœm. inst. ibi: *Et per legitimos tramites*, D. Pauli. ad Rom. 3. vers. 8. *c. qui sine Salvatore* 26. q. 2. *c. admoneat*, c. non observetis 26. q. 7. Navarr. in tractat. de finib. human. act. num. 8. Quemadmodum neque t bona intentio, etiam cum vincibilè ignorantia conjuncta, eum à peccato excusat, qui facit, quod scire debuit sibi non licere, ut probatur Aff. 3. vers. 7. & per D. Thom. Medicinam, & alios in 1. 2. quest. 74. art. 5. & quest. 76. art. 2. communi Theolog. in 2. distinct. 22. & ex aliis relatis à Gregor. de Valentia disp. 2. quest. 3. punct. 6. & quest. 5. & Mart. Deltio in aliquis. Magic. lib. 4. cap. 4. quest. 5. sect. 2. pag. 334. & lib. 6. cap. 2. & sect. 1. q. 2. pag. 486. ubi tractat, an liceat remedium petere à maleficis?

Et quamvis t infideles, prædicatam sibi, & 10 sufficienter propositam Christi Fidem non recipientes, graviter peccent: non tamen possunt Christiani, eos sub hoc prætextu punire, aut debellare, cum id sibi nequaquam permissum, sed potius prohibitum reperitur M. tib. 10. Marc. 6. & Luca 9. Quia t præceptum illud affirmativum de Fide prædicanda, & disseminanda, & de idololatria vitanda, nequaquam fideles constringit, ut ad illud implendum alterum fortius, & potentius præceptum, negativè conceptum, transgrediantur, quo insontes, & innocentes non esse occidendos, nec bello, & injuriis lacessendos docemur, ut habetur Exodi capite 23. & Matth. cap. 19. Cum t nemo re- 12 neatur aliorum conversionem curare, si se exponat periculo peccandi. Quia non sunt faciendæ mala, ut inde eveniant bona, & t etiam ob 13 curandas omnes animas mundi, non potest quis peccatum, quantumvis veniale, committere, ut in nostræ questionis terminis benè observat, & probant Joan. Andr. in reg. peccatum in Mercurialibus, Ant. à Corduba diœ. lib. 1. questionarii, quest. 57. Emman. Roder. in quest. regular. 3. tom. quest. 32. Ferdin. Rebell. de oblig. just. lib. 1. quest. 14. sect. 8. num. 58. pag. 123. Becan. in sum. 2. tom. cap. 13. quest. 4. Simon. Majol. de perfid. Judæor. pag. 103. Pat. Franc. Suarez in tract. de Caritate, disput. 9. sect. 1. ex num. 2. & alia adducens Joan. Bapt. Valenzuela in monit. contra Venetos, 5. part. num. 200. & Mag. Marquez in Gubernat. Christian. lib. 2. c. 25. pag. 132. & seqq. & cap. 28. pag. 171.

Neque hoc excusat, t quod Christiani Prin- 14 cipes, ut in argumento subjecimus, esse debeant divinæ legis custodes, & vindices: nam ut rectè advertit Gregor. de Valentia 3. tom. disput. 1. quest. 10. punct. 6. col. 407. vers. Ad secundum, id sic intelligendum est, ut debeant rectâ ratione, modoque consentaneo illius observationem tueri, ac promovere. Non est autem in proposito rectâ ratio ea, quæ est per vim, cum potius hoc

alie-

alienum sit ab ipsa lege divina, & modo quo Christus Evangelium suum prædicari voluit; qui ubi sibi visum fuerit oportere, illorum conversionem disponet. Cum t nulla natio sit, ex qua non sint aliqui prædestinati. Apocal. 7. Et secundum doctrinam D. Augustini epist. 80. t in omnibus gentibus, ubi nondum est Ecclesià, oportet, ut aliquando sit, licet non oporteat, vel necessarium sit, ut omnes, qui ibi fuerint, credant: quia omnes gentes promissæ sunt, non omnes homines omnium gentium: non enim omnium est fides. Quod, Augustino non citato, cum Lyrano, & Hadriano Fino rectè advertit P. Ribera in Michæam. cap. 4. num. 23. docens, non omnes omnium gentium homines venturos esse ad Christum, & ad Ecclesiã; venturos tamen esse multos ex singulis nationibus, & optime probat, & prosequitur Pat. Fran. Suar. in 3. part. D. Thom. tom. 4. quest. 59. articulo. 6. disp. 56. sect. 1. pag. 661.

Secundo verò t argumento responderi potest cum Episcopo Chiapense, in replicat. 5. & 12. ab object. Sepulveda, & Domin. Soto in 4. distinct. 5. quest. unic. art. 10. pag. 270. vers. Alii verò. Quod, etsi Reges nostri non solum ex communi caritatis præcepto, verum & ex præcisâ obligatione, sibi per Bullam Alexan. VI. injuncta, conversionem Indorum curare deberent: & sic etiam ad eos pertinere videatur cura de mediis ad eandem conversionem tendentibus, cum ordinaria non sufficiant propter difficultates, feritatem, & barbariem Indorum, & alia impedimenta, quæ in eodem argumento & supra cap. proximo ex n. 2. consideraviimus: Hoc tamen t intelligi debet, 18 quatenus ea, quæ sunt ad finem, eidem fini proportionantur, & ad ejus consecutionem permissa, utilia, & conducibilia censentur, argumento leg. legata inutiliter. ff. de adimend. legat. Et eorum, quæ tradit Covarrub. lib. 1. variar. cap. 1. vers. Medium autem. Secus verò contingit, quando talia media prohibita sunt, & finem, ad quem diriguntur, potius impediunt, retardant, aut destruant; qualia ea omnia esse dicunt, quæ violentiam aliquam & bellorum, atque armorum terrorem includunt, & ab antiquo Apostolorum instituto discedunt, ex rationibus & auctoritatib. toto cap. 17. perpensis. Tunc enim melius esse in- 20 quiant, ut prædicatione & conversione desistere, quam lege Dei perfractâ, ejusdem legis observatione prohibitis, & repugnantibus mediis, inducere velle.

Arma t etenim, quibus christiani milites in hac expeditione uti debent, ut sæpe consideraviimus, & benè advertit Hieron. Cevallos diœ. 4. tomo præf. commun. quest. ult. num. 200. & seqq. illa dumtaxat sunt, de quibus D. Paul. loquitur 6. ad Ephes. Estote succinèti lumbis mentis vestre in veritate, & induite loriceam justitiæ, & calceate pedes in præparatione Evangelii pacis. Quibus mediantibus, si parum, aut nihil profecerint, & exitus votis non responderit, omni prorsus culpa vacabunt.

Præterquam t quod absurdum esse putant, existimare, ob difficultates & impedimenta supra relata, Evangelii eursum, more, & exemplo Apostolorum servato, hodiernis, ut antiquis temporibus, etiam inter feras, & barbaras nationes, Tom. I. de Ind. jure.

ingentem progressum non habiturum, si idonei ministri eligantur qui Dei causam magis quam suam agere curent, & patientia, labore, ac vitæ puritate susceptum ministerium, prout rei gravitas ac dignitas postulat, exequantur. Nam t ipsi 21 Apostoli olim ad alias gentes non minus barbaras promulgandi Evangelii causa, humanis prorsus suppetiis destituti, destinati sunt ut latè memorant Auctores, quos citavimus supra lib. 1. capit. 14. num. 81. & Thom. à Jesu statim allegandus.

Et tempestate nostra t sanctus Fran. Xaverius, 22 & alii ejus socii Evangelium Evangelicè cum magno fructu in India Orientali prædicasse leguntur Indis, Persis, Arabibus, Æthiopiis, Malabaribus, Japonensibus, Sinesibus, & infinitis aliis. De quo, ultra alios, solita eloquentia plura scribit Masfaj. in sua Ind. Orient. hist. lib. 12. & 14. ubi inter alia ait: *Hujus mibi profectorem viri paulò fusius persequi est animus: ut promulgandi Evangelii studiosis hominibus recens propositionem sit Apostolica peregrinationis exemplar.*

In qua sententia exornanda, & comprobanda plura eleganter expendunt Joseph. Acosta diœ. lib. 1. & 2. de procur. Ind. salu. per totum, Corduba diœ. lib. 1. questionar. quest. 57. dub. 6. col. 507. & Fr. Thom. à Jesu de procur. omn. gent. salu. lib. 4. 1. part. cap. 1. ex pag. 123. dicentes, t nullo modo spirituales Indorum salutem desperandam esse, aut ab ejus cura à viris Apostolicis desistendum, cum Indos jam Deus ad Evangelium vocare videatur, sperandumque quod paulatim, successivè convertentur: tum ex eorum docilitate, tum etiam t ex auxilio divino Prædicatoribus Fidei promisso Isaia 55. *Quomodo descendit imber, & nix de celo, & inebriat terram, & germinare eam facit; sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, paulatim producet fructum suum.* Et Psalm. 67. *Dominus dabit vocem suam virtutis: Dominus dabit verbum Evangelizantibus virtute multa.*

Quod efficit, t ut nec propter linguarum varietates diffidere oporteat; scriptum est enim Matth. & Luca 10. *Nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Neque obstat, quod Christiani, Apostolique omnes miraculis Orbem flexerint, vel subjugarint, atque nostra ejusmodi viros non sit adepta, t quia non est prædiciæ genus, quod 26 cœlestis virtute vacuum est, humanis consiliis explere: t & quia major verarum virtutum, quam miraculorum gloria in Orbis conversione respicendit. Etenim, ut præclare docet D. Chrysost. homil. 46. super Matth. t *Non ita signis adducuntur 28 Gentiles ad Fidem, ut bona vita, & exemplo Prædicatorum: qui enim miracula faciunt sine vita studiosa sæpe deceptores ab eis astimantur.* Et homil. 6. in 1. epist. ad Corinth. de eadem re agens, inquit: *Quod etsi in presentia signa viderentur, quis tamen persuaderet? quis externorum aures nobis accomodaret, cum tantopere increbrescat malitia? Etenim probata Christianorum vita, majorem apud multos auctoritatem sibi vindicabit, quam signa: siquidem hæc apud impudentes, & malos homines malam concitant opinionem. Vita autem*

Qo

pu-

para etiam ipsam diaboli os majorem in modum obstinere poterit.

Ut omittam, comertum etiam hoc ipso seculo esse, et apertis miraculis Deum presentissimum non modo viris Apostolicis verum et militibus, Fidei Catholicae causam, utrumque agentibus, affuisse, quemadmodum considerat Thom. à Jesu *dict. lib. 4. pag. 125.* Et Ego latissimè ostendi *supra hoc libr. capit. 4. & sequent.* Quo supposito cessat regula illa, quam pro contraria sententia perpendimus, de concessione antecedentis consequenti concessio; non enim procedit, ubi consequens sine tali antecedenti exerceri, et subsistere potest, ut patet ex exemplo *l. 1. §. igitur, ff. de exerc. act. & crudelitè ostendit Roman. cons. 451. num. 1. & cum eo Felin. in c. preterea num. 4. de offic. delegat. Everard. in loco à concessione consequentis, limit. 2. Didac. Perez nihil allegans in l. 1. tit. 5. lib. 8. ordin. fol. 177. col. 2. & Tusch. pract. conc. jur. verb. Consequens, conclus. 757. ex num. 71.*

Ad tertium argumentum, dum generaliter laudat curam, et zelum defendendæ, et extendendæ Christianæ Religionis, respondetur, et id quidem certissimum, et sanctissimum esse, dummodo, ut diximus, legitime fiat, et juxta ejusdem Religionis præcepta. Quod supponendum, sive suppleendum est in omnibus locis, et auctoritatibus in argumento relatis. Et præcipue in *d. cap. si non ex Fidei 23. quest. 4.* in quo major vis argumenti consistit. Nam, ut bene advertunt Sorus in *4. distinct. 5. quest. uni. art. 10. pagin. 271. vers. Quartum argumentum*, Episcopus Chiapens. in *dict. Apolog. contra Sepulveda. & in 3. replicat ad object. ejusdem*, Covarr. in *Reg. peccatum 2. part. §. 10. num. 2. vers. Quartum*, Bannez in *2. 2. quest. 10. art. 10. vers. Jam vero, col. 529.* Gregor. de Valentia *dict. 3. tom. disp. 1. quest. 10. punct. 6. vers. Secundò certum est. Cevallos d. quest. fin. ex num. 170. Torres dict. disput. 51. dub. 1. & novissimè Pat. Suarez dict. tract. de Fide, disp. 18. sect. 3. num. 5. D. Gregor. ibi intelligendus est de bello, quod Genadius, Africa Exarchus, Fidei causa adversus Hæreticos, et Apostatas, Fidei causa adversus Hæreticos, et Apostatas, Fidei causa adversus Ecclesiam, cui semel nomen dederunt, colla subrigere audent, veramque Evangelicæ legis doctrinam prædicari impediunt, aut fidem volunt christiani nominis inclinare.*

Quæ solutio colligitur ex *epist. 72. ejusdem D. Gregor. ad eundem Genadium scripta*, cuius etiam meminit Gratianus in *cap. sicut. ead. causa, & quest.* Et si cui fortè non probetur propter generalitatem verborum D. Gregor. in *d. cap. si non ex Fidei*, quæ de aliis bellis agere insinuant, quæ Genadius adversus infideles nondum Ecclesiæ, et Romano Imperio subditos gerebat, dilatandæ Fidei causa, et ut Christi nomen per subditas gentes, Fidei prædicatione circumquaque discurreret. Omissa, aut si mavis rejecta, aliâ solutione Gregor. Lop. in *dict. l. 2. part. glos. mag. col. 6. dicentis*, Divum Gregorium ibi, bella, quæ Genadius gerebat, non approbare, et sed tantum rectam ejus intentionem laudare, quæ semper in bellis plurimum commendatur, juxta doctrinam Div. Thom. 2. 2. quest. 40.

art. 1. & alia, quæ tradit Covarr. *dict. reg. peccatum, 2. part. §. 9. num. 1. & 2.* Possumus quidem secundo modo cum eisdem Auctoribus respondere; de illis infidelibus loqui, qui ditones, et provincias Christianorum infestabant, aut occupabant, aut Fidei prædicationem suis blasphemis, pravisque persuasionibus impediebant, ut colligitur ex illis verbis: *Plurima enim pro pascendis ovibus Beati Petri Apostolorum Principis excellentiam vestram præstitisse didicimus, ita ut non parva loca patrimonii ejus, propriis nudata cultoribus, largitis Dacorum habitacionibus restauraverit* Quibus, et similibus casibus, Infidelibus justè bellum inferri potest, cum non sint solum infideles, verum et Fidei, et Christianorum hostes, juxta differentiam, quam inter eos facit Marquard. in *tract. de jud. & Infid. part. 1. cap. 5. fol. 21.* atque ita militent adversus illos omnes rationes justè bellum, defensivè, et vindicativè, de quibus egimus *supra hoc lib. cap. 6. ex num. 49. & doctrina Bald. cons. 140. in fine lib. 4.* quem refert Cardinalis Tusch. in *pract. conclus. verb. Hostes Fidei, conclus. 173.* ubi tradit, quod hostes Fidei imundè possunt prædari à fidelibus. Et Michaël. Salon. in *2. 2. tom. 1. quest. 66. art. 8.* ubi probat, quod infidelium bona, personæ subditæ sunt Christianis de jure, quando occupant ea, quæ aliquando fuerunt Christianorum.

Alioquin autem, si infideles quieret, et pacificè viverent, et nihil occuparent, quod aliquando Christianorum fuisset, non posset eis justè bellum ob solum infidelitatis causam moveri, juxta ea, quæ latè disputavimus *supra cap. 15.* etiamsi Saraceni essent, ut per argumentum à contrario sensu probare videtur Alex. P. II. et in *35. cap. dispar. 23. quest. 8.* dum docet, justè pugnari adversus Saracenos, qui Christianos persecuntur, et ex urbibus, et propriis sedibus pellunt: cujus text. auctoritate idem expressè probavit glos. *ibidem*, et consuluit Oldrad. *cons. 264. incip. Illa videtur probabilior.*

Quamvis in hoc contraria sententia verior videatur, et scilicet adversus Saracenos, quantum vis in pace degentes, semper, et quolibet modo, sine aliqua nova causa jure optimò bellum indici, quoniam sunt perpetui, et infesti christiani nominis hostes, et detinent provincias, quæ olim Christianorum fuerunt, et præcipue terram Jerusalem, et terram Promissionis, quam Dominus Abrahamæ & semini ejus promisit, et Catholicis debetur, quia semen Abrahamæ sunt, secundum Apostolum *ad Rom. 9. vers. 7. & ad Corinth. 11. vers. 22.* quod tenet idem Oldrad. sibi contrarius *cons. 72. incip. Contra Saracenos*, et sequitur Calderin. *cons. 95. num. 2. alias 1. de treuga, & pace*, Geminian. *cons. 96. incip. Pro bujus dubii, num. 5. & seqq. Alex. cons. 130. incip. Super eo, num. 4. & 5. lib. 7. & eos referens Cardin. Tusch. pract. conclus. jur. verb. Infidelibus, conclus. 124. & verb. Bellum, conclus. 36. num. 14. latissimè Marquard. ubi sup. cap. 6. ex n. 10. fol. 30. Victor. in relect. de Indis, 1. part. num. 7. in fine, Gregor. Lop. in *l. ult. tit. 18. part. 2. verb. En la conquista*, ubi dicit, quod Papa opponat hæc bella, et quotidie dat indulgentias, et Cruciatum contra illos Saracenos Africa in favorem Regis Hispaniæ, Anton. Gam. *decis. Lusit. 335. Boer. decis.**

cis. 178. n. 10. Catheran. in *disput. inserta post decis. Pedemont. num. 19. Gall. lib. 1. de pace pub. cap. 2. n. 40. Molin. de just. & jur. tract. 2. disput. 99. & disput. 105.* Bellarmin. *lib. 3. de laicis, cap. 16. Cevallos dict. quest. fin. ex num. 210. Marta de juris, 1. part. cap. 24. ex num. 22. Par. Mag. Lorca in 2. 2. sect. 3. dis. 52. n. 8. & Fr. Jacob. Bleda in *hist. Maur. lib. 8. & novissimè Seraph. Freit. de just. Imp. Astat. c. 9. n. 10. & 11.* ubi plures alias causas recensent, ob quas bellum contra Saracenos justificatur.*

Et hæresim Lutheri notantes, qui assertit, non licere Christianis bellare in Tartas, optimè prosequuntur Alphons. à Castro, et Sebast. Medices *adversus hæreses, verbo Bell.* Covarr. *dict. reg. peccatum, 2. part. §. 10. ex princ. Lancellor. Conrad. in temp. omni. jud. lib. 1. §. 3. verb. Infidelibus in auxilium*, quos citat Petr. Cened. in *collect. 59. ad Decretum, pag. 84. num. 1. in fine*, et contra Erasmus idem advertit Anton. Rub. in *assertion. Cathol. lib. 4. err. 2. & Nos supra c. 6. n. 49. & Mag. Lorca super D. Thom. sect. 3. disp. 49. n. 1.*

Neque his refragatur et *d. c. dispar.* quoniam argumentum à contrario sensu non valet, quando ex eo absurdum, vel absonum intellectus resultat, aut aliorum jurium correctio: *l. nemo, ff. de jurisd. omni. jud. glos. celebris in l. conventicula, C. de sacros. Eccl. cum notatis ab Everardo loco 4. pag. 58. Cancinacula loco 13. Bellon. de argum. leg. cap. 11. Mantua singul. 541. Corras. lib. 5. Miscel. cap. 9. num. 9. & Joan. Gutierrez. in repet. lib. nemo potest. n. 288. de legat. 1. Et Pontifex ibi nullo modo voluit aliquam differentiam Saracenorum facere, quoad hoc, ut his magis, quam illis bellum justè inferri posset, sed illa verba: *Qui Christianos persecuntur*, & generaliter, vel causativè apposuit, quasi diceret omnes Saracenos esse, & fuisse perperuos Christianorum hostes, persecutores, et spoliatores, et ideo in eos justè pugnari. Nam et relativum *quis vel qui*, non ponitur ibi restrictivè, sed generaliter, et declarativè, cum qualitas, quæ per illum explicatur, cuilibet de genere competat, juxta doctrinam Bart. per text. *ibi in lib. omnes populi, ff. de just. & jur. lib. 1. C. de sum. Trinit. l. jubemus, C. ad Trebel. cum sequuntur communiter Doctores*, in eisdem juribus, Paul. Castrens. *cons. 84. num. 3. & cons. 418. lib. 1. & Cardin. Thusc. pract. conclus. jur. litt. R. conclus. 127. num. 28. & 38.**

Et juxta hæc expositionem textus in *d. cap. si non ex Fidei*, possumus etiam accipere et text. in *dict. lib. 2. tit. 23. part. 2.* dum probat justam causam bellandi esse: *Por acrecentar el pueblo su Fe.* Non enim simpliciter loquitur de bello quilibet infidelibus ob solum infidelitatem, vel diversitatem Religionis illato, sed de eo, quod augenda & defendenda Fidei ratione legitime inferunt, nimirum contra Saracenos, Hæreticos, Apostatas, et alios ejusdem Fidei hostes, qui eam impedire, aut impugnatè conantur, et ideo cum mysterio adjecit illa verba: *E para destruir los que la quisieren contrallar*, ut bene advertit Cevallos ubi *supra num. 171.*

Ad ponderationem autem et *dict. cap. dispar. in finalib. verbis*, quam cum Gregor. Lop. fecit Tom. I. de Ind. jure.

mus *supra c. 16. num. 80.* potest etiam ex *supra dictis* facile responderi. Quoniam illatio, quæ ex eo per argumentum à contrario desumitur, vincere non debet tot, et tam apertas decisiones; et Sanctorum auctoritates, quibus probatur, neque Judæos, neque alios infideles bellorum terroribus ad Ecclesiæ fidem, et obedientiam cogendos. Et Pontifex ibi de Judæis tantum, inter Christianos degentibus, sermonem habuit, eosque bello lacessendos non esse, inquit, quia ubique servire parati sunt, id est, non audent contra nos bellare, aut expressè, et apertè, sicut Saraceni, et alii infideles, Ecclesiæ adversarii. Cæterum si hi contra Ecclesiæ, et Christianorum quietem, et servitium aliquid molirentur, justè bello compesci possent, sicut et Saraceni. De aliis vero infidelibus Ecclesiæ in temporalibus non subiectis, nihil disposuit; nec utrum ii ad ejus obsequium, et servitium invitati adducendi essent? sed aliorum Canonum auctoritate definiendum reliquit, ut constat ex his, quæ tradunt Archidiacon. Turrecrem. et alii *ibid.* et Simon Majoli. *d. colloq. de perfid. Judæor. pag. 221.*

Ad quartum argumentum, et quod sumimus ex majori auctoritate, et potestate, quam Ecclesiæ hodiernis temporibus habet, quæ mediante ad debellationem, punitionem, et coercionem, quorumlibet impiorum procedere potest, ut habetur in *d. cap. si Ecclesiæ, cap. non invenitur, cap. displicet 23. quest. 4.* et in aliis locis, et exemplis in argumento relatis, facile respondetur, jura illa de Hæreticis, Apostatis, Schismaticis, et aliis impiis hominibus agere, qui Ecclesiæ fidem semel promissam, et obsequium debitum negant, aut alio modo ei adversantur; non autem de simpliciter infidelibus quieret et pacificè degentibus, in quorum prædicatione, et conversione Ecclesiæ ipsa tam hodie, quam olim nulla potestate, aut coercionem uti vult, ut sæpè probavimus, *Deo Opt. Max.* eorum vocationem relinquens, et qui semper desiderasse videtur, et ad eam perfectæ laus, in homines, aut hominum vires, præsidiaque transferatur, sed quod omninò Divinum est, ipsi Deo cum gloria tribuatur, juxta illud Apost. 1. Corinth. 2. *Ne gloriaretur omnis caro, & sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis*; cum aliis, quæ adducit Fr. Thom. à Jesu, *d. lib. 4. de proc. Ind. sal. 1. part. cap. 1. pag. 123.*

Neque refragatur, quod idem de Hæreticis, et Apostatis dici deberet, et cum fides ex spontanea esse debeat, non solum quando à principio credit homo, sed etiam quoriscumque credit, et quia servitia coacta Deo non placent, qui hanc datorem diligit; et ex necessitate evangelizantibus gloriam non tribuit, 2. Corinth. 9. Nam licet non defuerint, qui hoc argumento moti, malè putarunt, Hæreticis, Schismaticis, et Apostatis, et sicut neque Infidelibus, vim inferri non posse, à quibus non multum distare videtur opinio Marsilii Paduani relata, et merito rejecta à Navar. in *cap. novis, notab. 3. p. 106. n. 98. de judiciis*; et Valenzuela in *monit. contra Venetos, part. 7.* Qui in suo pacis defensorio omnem coercionem, et jurisdictionem Ecclesiæ auferebat. Hic tamen error ab omnibus Catholicis Doctores plurimis rationibus damnari, et

66 Quibus ego addo, † liberam illam voluntatem, quam Ecclesia in Fidei receptione desiderat, in hac, quæ bellorum, & armorum interventione, atque subactione extorquetur, minime reperiri videri. Nam etsi voluntas, quæ causativè, aut conditionaliter cogitur, voluntas dicatur, ut vulgò circumferri solet, quia maluit quis facere, quam talia pati, ut tradit Aristot. lib. 3. *Ethic. c. 1. l. si mulier, S. si metu, ff. quod met. causa, l. patre cogente, ff. de ritu nupt. c. merito 15. quest. 1.* cum aliis latè congestis à Tiracbol. *de pæn. temper. causa 36.* Simancas in *Cathol. instit. tit. 27. n. 30.* & Cujac. *lib. 16. observat. c. ult.* Eadem tamen jura testantur, quod, qui ita consentit, si liberum esset, noluisse, ut 67 in *dict. S. si metu. † Et sic, ejus est velle, qui potest nolle, & velle non creditur, qui aliorum imperio obsequitur, sub quorum potestate constitutus est, ut disertè scribit Ulpian. in l. 3. c. 4. de regui. jur. Aristot. l. 3. *Ethic. ad Nicomch. c. 5.* Seneca *lib. 2. de benef. cap. 18. ad fin. Si vis an velim, effice, ut possim nolle; & lib. 3. c. 19.* Ubi de illo agens, possit, necne servus domino beneficium dare? multum ad rem, de qua agimus, inquit: *Omnia tamen ista, quæ alio præstante beneficia dicerentur, præstante servo ministeria sunt. Beneficium enim est, quod quis dedit, cum illi liceret, & non dare: servus autem non habet negandi potestatem: ita non præstat, sed patet, neque id se fecisse jactat, quod non facere non potuit.* Idem docet idem Senec. *epist. 97. lib. 10.* Patet potius quam assentitur, qui alieno subest imperio, nec tam illum ex animo, quam quia necesse est, sequitur: Cornel. Tacit. *lib. 14. annal. de Nerone*, scribens: *Suasit, imò donum, & merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis offert.* Res quippe † imperiosa est timor, secundum 68 Martial. *lib. 2. epigr. cui consonat illud Quintil. declam. 181. Abdicatus, inquit, in solitudine est, locus opportunus insidiis, habet gladium instrumentum parricidii, accedit ad patrem, manumque sublata, rogo dicit, imò jubet: non sunt enim preces, ubi negandi libertas non est.* Et melius D. 69 Aug. in *lib. de duab. animab.* qui † voluntatem ita definit: *Voluntas esse animi motus cogente nullo, ad aliquid vel non amittendum, vel adipiscendum. Unde omnis, qui volens facit, non cogitur. Et idè qui metu illato rogatur, quàm imperat, non tam rogatur, qui metu percussus promittit, non intelligitur voluisse obligari, cum id sponte non fecerit.**

Neque his adversatur, quod in eodem argumento consideravimus, de bellis à Constantino Magno, Theodosio, & aliis Imperatoribus Romanis adversus Paganos, & Infideles illatis, ut tandem Christianam religionem admitterent. † Nam etsi hoc, ut certum, affirmit Sepulved. in *dict. Apolog. & Marquard. dict. tract. de Infidel. 1. p. c. 14.* nulla tamen secreta auctoritate subnititur, & potius contrarium apparet ex traditis à Dom. 70 *Sot. d. art. 10. pag. 270. & ex cap. quam plo 10. quest. 1.* ubi consiat, multa potius temporalia commoda infidelibus contulisse, ut sic facillius, & suavius ad fidem adducerentur. Et bella, quæ narrat *histor. Tripart. lib. 10. ex c. 6.* aliam quidem considerationem habebant, nempe quòd Gothi, Sarmatæ, & aliæ gentes, contra quas ges-

ta sunt, rotum Orbem latrociniis, & invasionibus infestabant, & sæpius ipsos etiam Romanos aggredi ausæ, atque Arriana item labe maculata fuerant, ut scribit Paul. Oros. *lib. 7. & Div. August. ad Heliodor. Et eadem hist. Trip. lib. 8. cap. 13.* Unde justa utique, & sancta censeri debuerunt; & ubi à prædictis damnis inferendis Barbari illi cessabant, à bello quoque Romani abstinebant, quamvis in sua idololatria manerent, ut paulò ante eadem historia Ecclesiastica tradit. Idemque de bello † gesto per Carolum Magnum adversus Longobardos affirmare debemus, quod suadente Adriano Pontif. illarum dicitur in *dict. cap. hortatu 23. quest. 8.* Erant quippè hi etiam acerrimi hostes Ecclesiæ, & in Arrianam hæresim declinaverant, & multa damna Christianis intulerant, ut ex Paulo Diacono *lib. 2. c. 1. hist. Longobard. & ex aliis scriptoribus constat.*

Neque magis urget quod diximus de † legibus 72 Constantini, Theodosii, & aliorum Cesarum adversus Paganos, & alios Infideles, & eorum sacrificia severiter latis, quas tantopere laudat D. August. in *dict. cap. non inventur 23. q. 4. c. ad fidem 23. q. 5. c. vides 23. q. 6. & D. Ambros. epist. 30.* Nam leges illæ non sunt simpliciter, & absolute de omnibus infidelibus accipiendæ, sed dumtaxat de Paganis, qui Romanorum Imperio subditi erant, & inter infideles commorantes, eis scandalum movebant, vanisque ritibus, & sacrificiis turbabant, & idololatriæ dediti leges, & præcepta juris naturalis transgrediebantur. Quos merito Imperatores suis legibus compescere potuerunt, & sub illarum prohibitionibus, comminationibus, & interdiciis saltem causativè ad Fidem amplectendam, & idola, & templa sua deserenda perducere. Nam ut † præter alios observat Gregor. de Valentia *ubi 73 supra vers. Ad quartam: P. Torres in tract. de Fide, art. 11. disp. 3. dub. 2.* Joan. Azor. *instit. Moral. lib. 8. cap. 24. q. 5. col. 1275. & lib. 1. Thom. à Jesu de proc. omn. gent. salut. lib. 4. dub. 4. pag. 209.* quilibet Princeps potestatem habet erga eos, qui sibi politicè subsunt, ut quæ sibi expedire visa fuerint ad Republicæ bonum custodiat, ac proinde in primis unius ac veri Dei cultum, & leges naturæ, quarum præcipuus custos, & vindex esse debet, ut latè diximus *suprà c. 16. n. 24.* & hoc præcipuè legibus illis curatum fuisse passim ostendit D. August. in *dictis locis, & præcipuè epist. 48.* ubi sic ait: *Paganis magis non blasphemare possunt de legibus, quas contra idolorum cultores Christiani Imperatores tulerunt. Et tamen ex eis multi correcti, & ad Deum vivum, veramque conversi sunt, & quotidie convertuntur.*

Neque omitti potest † notabilis historia, quam 74 Cassiodor. & Sozomen. in *hist. Tripart. l. 5. c. 27. & Alciat. lib. 1. Parerg. c. 13.* contigisse † narrat circa d. l. *C. de Paganis*, que eorum templa concindi jubet, & sub capitali supplicio, & bonorum publicatione à sacrificiis abstinere. Nam cum Athanasius ob multa mira, quæ fecerat, & prædixerat, à Paganis, & Hæreticis *magus, & aruspex* crederetur; qua de causa à Synodo Antistitem aliquando condemnatum fuisse scribit Ammian. Marcellin. *lib. 15.* Inter jurandum quadam die supervolavit cornix, quæ cum

cum clarius crocicaret, adstans multitudo Paganorum, velut mago derogantes, ab Athanasio perebant, ut eis aperiret quid cornicula illa significaret. Ille vero fertur ad eos dixisse subridens: *Scitis, quid vox oscinis prædicat? Cras Latina lingua dies ventura significatur, hoc ergo clamans cornicula, tristem vobis crastinum diem portendit Imperatoris Romani jussione, ut de vestris templis ejiciamini. Nec fefellit divinum hominem expectatio, sed potius ita contingit, ut ejus sermo, licet derisus, venerit ad effectum: sequenti namque die allata sunt ad Judices Constantini Imperatoris literæ, jubentes, ut Paganis sua ingredi non permitterentur ad templa, neque solennes superstitiones, festivitatesque celebrare, sed sub gladii pœna universos Gentilium sacrificiis abstinere.*

76 Paganorum † autem nomen, ut hoc obiter advertimus, à pagis originem traxi, quæ Græcis villæ sunt, ita à fontibus, sive ut alii malunt, à montibus dictæ, circa quos semper villæ condite consueverunt, ut ex Servio, & aliis tradunt Prætorius, Brisson. Berruc. Horman. & Galin. de *ver. jur. verb. Paganus: Beda in Cantio. lib. 6. c. 30. & in Marc. cap. 15. & in Luc. dict. lib. 6. c. 23. & homil. in Feriam 3. Psal. Joan. Fung. in Etymol. sub eodem verb. Stephani. de urbib. Lorin. in Acta, c. 17. versic. 19. & Gasp. Sanct. in Itai. cap. 42. num. 45. pag. 445.* Quamvis Philaster *lib. 8. c. 24. quest. 1. col. 1273* & multum probat, & laudat Ant. Mornac. in *observat. ad l. 1. C. sub d. tit. de Paganis, pag. 95.*

Sed cum Deorum falsorum cultores hoc nomine vocare usitatum fuerit, secundum Div. August. *lib. 2. retract. cap. 43.* difficilioris quidem indagatiōis esse videtur. Cum in hoc tot; & tam variæ Scriptorum sententiæ, reperiantur. Nam D. Isid. *lib. 8. Etymolog. c. 70.* eos ita dicere existimat ex pagis Atheniensibus, ex quibus orti. Ibi enim in locis agrestibus, & villis, gentiles lucos, idolaque sua, & delubra constituerunt, & idè idolorum cultor cepit appellari Paganus. Alciat. autem d. *lib. 1. Parerg. cap. 13. & Connan. lib. 9. commentar. c. 13.* eam rationem comminiscuntur, quia Christi milites non sint, neque ejus Ecclesiæ Militanti nomina deriderint. Scimus † enim in jure dictos esse Paganos quotquot à militia erant immunes, & liberi *lib. quedam, ff. de pæn. lib. jus nostrum, de reg. jur. l. 1. c. de militari testam. cum aliis.* Paulus autem Oros. & Beda *ubi supra*, quos refert, & sequitur Cujac. in *Parat. C. de Paganis*, quasi ex agrestium locorum compositis, & pagis longè discent à superna, & eclesiæ civitate, ab eaque sint alieni, sive ut ait Dionysius *Gottbofr. in notis ibidem*, in contemptum, quasi diversos à Christianis, & eis ignobiliores, sicut & Ethnici, Gentiles, & nationes dicti sunt, comparatione habita ad Christianos, qui eo tempore paucissimi erant. Wesemb. autem in *ead. Parat. tradit* Gentiles, & Infideles Paganorum nomen sortitos, quia diutius gentilitia superstitione in pagis, quam in civitatibus perduraverit, propter rudiora Paganorum ingenia. Petrus Opmeer. in *Chronol. anno Christi 411. pag. 307.* quia Gentiles, & illa ho-

minum colluvies, qui cum non mererent stipendia, sumptis armis, Romæ restaurari Gentilium sacra volebant, ex pagis, caterisque agrestibus locis exurrerunt. Gaspar Sanct. *ubi supra*, quia qui Evangelicis legibus exculsi non sunt, extra Evangelium tamquam in pagis, & desertis habitant, & variis abducti erroribus incerti vagantur.

Mihi verò, his rejectis, magis probatur sententia Illustrissim. Cardin. Baronii in *notis ad Martyrolog. Roman. ad diem 11. Januarii*, qui putat, à temporibus Christianorum Imperatorum, Gentiles Paganos vocari cœpisse, eo quòd, ut proximè diximus, Imperatoris legibus claudii cœperant idolorum fana, & delubra, & sacra Gentilium prohiberi in oppidis; quare urbibus exclusi, pagos, villas, & agros adire cogebantur, & illic suos inanes Deos colere, & superstitionosa sua sacra facere, unde & Paganis dicti sunt. In pagis autem & villis superstitionum cultum frequenter usitatum fuisse, jam olim ostendit Cicero *lib. 2. de legibus, & usque ad tempora Honorii Imperatoris, quæ erant idololatria in pagis residua fuisse videtur.* Unde S. August. qui isdem temporibus vixit, *serm. de verb. Domin. inquit: Multi Paganis habent istas abominaciones in fundis, &c.*

Quam rationem luculenter idem Auctor prosequitur, & eo non citato Joan. Azorius *dict. lib. 8. c. 24. quest. 1. col. 1273* & multum probat, & laudat Ant. Mornac. in *observat. ad l. 1. C. sub d. tit. de Paganis, pag. 95.*

Denique non obstant exempla in eodem sexto argumento perpensa, de Regibus, qui Judæos & alios Infideles, si intra præfixum tempus baptizari nollent; morte multati, vel à suis Regibus exulare jusserunt. † Quoniam hoc procedit 78 in infidelibus, qui Christianis Principibus subditi sunt, quos justis, ac magnis causis suadentibus, prædicto modo punire possunt, ut latius diximus *suprà cap. præced. ex num. 37.*

Et quidem factum illud † Sisebuti non ad vim 79 præcisam, sed ad conditionalem referre videtur *text. in d. c. majores, vers. Item quaritur, de Baptismo; & Genebrard. in Chronolog. anno 623.* à quo non abest Joan. Gorhus in *hist. Goth. l. 16. cap. 14.* tradens, ob ardentem Fidei zelum Sisebuti, pia ejus exhortatione, nonaginta Judæorum millia in Hispania conversa fuisse. Quod si ita contigit, nihil in eo est, quod notare possimus.

Sed verior opinio est, Regem illum nulla conditione, aut oprione oblata, Judæos ad baptismum recipiendum metu, & pœnis propositis, cogisse ann. 616. Cujus factum postea sequutus fuit Dagobertus in Gallia ann. 631. diem Judæis præstituens, intra quam, nisi Religionem nostram susciperent, hostes judicarentur, pertinetiamque cap. luerent. Uterque † autem id præcisus 80 bus, & hortatu Heraclii Imperatoris fecisse narratur. Qui item omnes sui Imperii Judæos baptizari coegit, quoniam à circumcisis hominibus eî excidium imminere vana astorum observatione compererat: quod postea in Saracenis, sive Mahometanis impletum fuit, ut latius produnt Amon. *lib. 4. histor. Francor. c. 22.* Platin. *de vitis Pontif. in Adeodato. Joan. Marian. lib.*

lib. 6. de reb. Hisp. c. 3. Zamal. in compend. hist. Hisp. lib. 25. cap. 25. & Jacob. Bled. in histor. Mauror. lib. 1. cap. 12. pag. 36.

81 Unde respondendum est. Sisebuti actionem tamquam injustam, & Ecclesie disciplina contrariam, Concillium Tolet. IV. Can. 56. relatum, in dict. cap. majores, & dict. capit. de Judaeis 45. distincti. pro parte rescidisse, decernens, ut qui jam sacro lavacro tincti essent, cogerentur ad servandam Fidem, quam acceperant, sed ne posterius Judaei ad baptismum compellerentur. Cui 82 Concilio, f eundem Sisebutum assensisse, tradit Roder. Sanctus Episcopus Palentinus in ejus vita, eo quod cerneret, multos ex Judaeis, a se per vim compulsos, recidivisse, & Judaizasse. Sed mihi hoc falsum videtur, quoniam Concillium, ut ex ejus initio apparet, anno 111. Regni Sisebuti. Era 681. celebratum fuit circa Pontificatum Honorii I. arque adeo Sisebuti religiosissimi Principis tempora, tamquam jam longè præterita, nominat.

83 Joannes etiam f Mariana ubi supra, & ante eum Episcopus Tudens. Tarapha, & alii rerum Hispaniarum Auctores, coactionem illam succensent, quod in Christianorum moribus nefas est, quemquam malo cogi ad professionem veræ pietatis. Neque f tunc quoque Sisebutus factum illud temerè usurpatum, & præsertim D. Isidoro, qui in histor. Gothor. pag. 161. sic scriptum reliquit: Era Dei anno Imp. Heraclii II. Sisebutus Christianissimus post Gundemarus ad Regale fastigium evocatur. Reg. nat. ann. VIII. menses VI. qui initio Regni Judæos ad Fidem Christianam permoveans amulationem quidem habuit, sed non secundum scientiam, potestate enim compulit, quos provocare Fidei ratione oportuit.

85 Idem f quoque in terminis nostræ questionis tradunt communiter Theologi omnes, & præcipuè Cajet. post D. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 8. dicentes, factum illud Sisebuti, & Dagoberti, ferventioris quidem fidei, & animi, quam justitiæ exemplum præstare posse, & zelum ejus, bonamque intentionem in dicto Concilio laudari, factum autem non laudari. Quod etiam probat, & sequitur Gregor. de Valent. dict. tom. 3. disp. 1. q. 10. punct. 6. col. 410. Just. Lips. in lib. de una Relig. sive adversus Dialogist. vers. Divinum illud, & Madera in Monarch. Hispan. capit. 6. fol. 41.

86 Expulsio f autem Judæorum, & Maurorum à Ferdinando, & Elisabetha Catholicis, Hispania Regibus facta, longè minorem, aut planè nullam difficultatem habet, cum in subditis infidelibus; & ex rationibus supra relatis processerit. Et ne in Regnis adeo Catholicis, alia Religio, quam una fides, & unum baptisma haberetur, 87 aut ex f hæc, & sentina eorum, aliqua labe Christiani macularentur. Quod semper summo studio curandum & vitandum esse jura testantur, e. omnes, c. sapè, & c. nullus, cum aliis 28. q. 1. c. etsi Judæos 13. ibi: Mas in pera, de Judæis. Nam, ut inquit Ovid. lib. 2. de remedi. amor.

88 Dum f speclans oculi lætos, leduntur & ipsi. Multiæque corporibus transiione nocent.

89 Et Senec. ad Lucill. f epist. 82. Salutare est, non conversari dissimilibus.

Quibus alia addit (de eisdem expulsioneibus agens) Camill. Borell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 69. ex num. 21. & in addition. ad Bellug. rub. 11. in prin. liter. G. & relati à Cenedo dict. collectan. 15. n. 1. & Mader. dict. c. 6. fol. 45.

Neque in hoc facto f vis simpliciter infidel- 90 bus inferri videtur, sed libera optio datur, ut vel Christianorum provincias deserant intra certum tempus vel Christiani fiant. Quod sanè non esse prohibitum constat ex d. cap. majores, vers. Item queritur, & alios infideles non subditos (quales erant Indi, de quibus tractamus) tam ex disparitate rationis quam ex causæ, & potestatis defectu, applicari non potest, ut in specie nostræ quæstionis ad prædicti argumenti solutionem benè considerant Dom. Bañez in 2. 2. quæst. 10. artic. 10. col. 525. vers. Ad secundum respondetur, Arag. ibidem artic. 8. pag. 290. vers. Ad aliud de Regibus, Gregor. de Valent. ubi supra, vers. Ferdinandus, Azor. dict. lib. 8. institut. c. 26. vers. Quarto queritur, Torr. de Fide, disp. 51. dub. 1. & novissimè Suar. in eod. tract. d. sect. 3. num. 5. & plures alii, quos refert Petr. Cened. in d. collectan. 15. ad Decretal. num. 2.

Esque adeo potens prædicta f status, & re- 91 ligionis tuendæ ratio, ut non solum Judæos, & infideles subditos non baptizatos expellere liceat, verùm etiam baptizatos, si de illorum moribus, perfidia, aut prodione, aliqua incommoda, vel pericula Christianis imminere f ut Pio 92 pariter ac Magnanimo, & omnibus secularis admirando exemplo nobis ostendit Catholicis, & ardens Fidei zelus amantissimi, & desideratissimi Regis nostri Philippo III. qui prædictis rationibus motus, & re (ut oportebat) maturè consulta, ac perpensa, anno 1610. ex tota Hispania, quamvis summâ hominum inopiâ laborante, & exire, & in perpetuum exulare jussit spurcas, & numquam satis quietas, vel à suis erroribus defæcatis Maurorum reliquias, licet omnes jam baptismali inundatione lustratas, quarum f numerus ad quingenta, vel sexcenta, sive (ut alii 93 tradunt) ad novies centena millia pervenisse narratur, ut constat ex peculiaribus commentariis, quos de historia, justitia, & laudibus hujus expulsioneis scripserunt Fr. Jacob. Bleda, Marc. Guadalajara, & Petr. Aznar. & ex Mercurio Gallo in hist. sui temporis, tom. 2. Phillip. Paschali in tract. de virib. patr. potest. 1. part. cap. 7. n. 25. qui edita Regia in hanc rem prolata ad literam referunt, Fr. Thom. à Jesu de procur. omn. gent. salut. lib. 10. in præfatione, pag. 643. ubi discrimen in quo Hispania versabatur ob has reliquias Arabum narrat Jacob. Gordon. in sua Chronologia. ann. 1610. pag. 494. Magist. Marq. in Guernat. Christ. lib. 1. capit. 3. pag. 16. Calist. Remir. de lege Regia, §. 32. n. 12. & 13. Bernard. Aldret. de antiquit. Hispan. lib. 4. cap. 18. pag. 570. D. Didac. Guzman in lib. de vita, & exitu Margaritæ Regine Cathol. 2. part. cap. 20. Salaz. de Mend. de orig. dignit. Hispan. lib. 4. cap. ult. §. 6. fol. 183. & novissim. Dom. Mart. Carrillo in suis elaboratissimis annalib. Chronol. anno 1610. fol. 419. Fr. Joan. de Salaz. in politica Hispana, proposit. 2. §. 2. pag. 32. eruditissimi omnique laude ob prudentiam, & morum suavitatem dignissimus D. Petr. Fernand. Navar-

varrete Regum nostrorum Secretarius in suis Politicis, & eximie politicis Discursib. de conserv. Monarchiarum, cap. 7.

94 Unde f recenti hoc exemplo admoneri possumus, quantum damni nobis à consortio Judæorum, vel Saracenorum imminet, licet fidem nostram profiteri videantur, & aptè hic 95 accomodari possunt carmina Ulrichi ab Hutren- de f quodam Pepecorno Judæo, qui postquam baptismum accepit, in omne flagitiorum genus portentose prorupit, quæ refert Simon Majol. in colloq. de perfid. Judæor. pag. 30. & inter alia sic habent:

Miserat indignum Christi baptisate corpus, Dissimulato errore patrum. Ne tingite civos, Si sinxisset nocet, ac nostro adsicte periclo, Striis in humane roborem, sinite esse sepultam. Note sua, diramque iterum ne admittite gentem In patriis ritus: Poteris sejuncta caveri, Quæ conjuncta nequit.

CAPUT XX.

De octavo titulo, qui ex obligatione deducitur, qua Indi, & reliqui infideles ad Fidem audiendam, & Prædicatores tuto hospitio excipiendos, tenentur, & ad concedendum liberum transitum in alias provincias, in quibus Evangelium annuntiare voluerint. Et an, & quatenus contra eos, qui hæc negant, vel impediunt, justè pugnetur.

SUMMARIUM.

- 1 Infideles quamvis cogi non possint ad Fidem recipiendam, cogi tamen possunt ad eam audiendam, & ejus prædicationem, & propagationem non impediendam.
2 Judæis in provinciis Christianorum habitantibus, licet mandari potest, ut Prædicatores Fidei admittant, & audiant.
3 Auctores plurimi referuntur, qui bellum permittunt contra Indos, & alios infideles, Prædicatores recipere, & Fidem audire nolentes, & maxime ubi eam impediunt.
4 Ecclesia jus habet ubique prædicandi, & impedientes remouendi, & puniendi.
5 Constitutiones Nicol. III. & Gregor. XIII. expendantur, quæ certis diebus, Judæos ad Fidei prædicationem audiendam, convocare præcipiunt.
6 Cap. Episcopus nullum, de consecrat. distinct. 1. illustratur.
7 Concilium Basiliense quid statuit circa Judæos cogendos ad audiendam prædicationem Fidei.
8 Concilium Basiliense an fuerit approbatum.
9 Prædicandi per totum Orbem præceptum, quod Ecclesia Christus injunxit, inutile esset, si non posset ad audiendum Evangelium infideles compellere.
10 Fidei doctrina sine auditu esse non potest ex D. Paul. ad Rom. 10.
11 Fidem definiunt B. Basil. & Clem. Alexand. ut sit assensio indubitata ad ea, quæ audiuntur.
12 Doctrina Dei, Verbum Divinum, Evangelium appellatur, quia ex annuntiatione, & auditione dependet.
13 Consequens qui vult, vult & antecedens. Correlativorum uno concessio, alterum concedi necesse est, ibidem.
14 Confessionis peccatorum præceptum ex eo colligit Ecclesia, quod Christus potestatem ea remittendi Apostolis dedit.
15 Fidei prædicationem qui audire nolunt, ei resistere videtur.
Tom. I. de Ind. jure.

- 16 Infideles ad Fidem audiendam compelli posse negat Sostus, Valens, & alii, ex eo quod ad illam recipiendam compelli non possunt.
17 Apostoli ex præcepto Domini, Luc. 3. & Matth. 10. solum spontè audire volentibus Fidem annuntiasse videntur.
18 Fidem audire qui cogitur, non ob hoc ad eam credendam, & recipiendam compellitur.
19 Ecclesia sicut potest cogere infideles sibi subditos ad audiendam Fidem, ita & non subditos.
20 Apostolorum tempore Ecclesia in multis suo jure non utebatur.
21 Matth. verba cap. 10. Neque audierit sermones vestros, qualiter exponantur.
22 Apostoli pulverem excutiendo de pedibus, ubi ad aliqua rebelli civitate esibant eam anathematizabant.
23 Pulveris pedum jactatio adversus aliquam civitatem erant signum bellum indicentis, & ejus evertionem minantis.
24 Prædicatores sunt legati Christi Domini ex Dio. Paul. 2. Corinth. 5. & ad Ephes. 6.
25 Legatos etiam ab hostibus missos audire, & benevolè tractare omnes gentes naturali jure tenentur.
26 Legati cur Sancti dicuntur.
27 Lex vult. D. de legation. & lex sanctum 7. de rerum divis. explicantur.
28 Dionysii Christi. elegantia verba circa immunitatem legatorum expendantur.
29 David ob derisus legatos intulit bellum Ammonitis.
30 Legatis injuria facta, censetur feri Principibus, à quibus mittuntur.
31 Ecclesia jus habet tuendi, & defendendi suos Prædicatores.
32 Indi nulla ignorantia excusari possunt, si Prædicatores, & legatos ad se passivè non interficiant.
33 Schedules plures citantur, & expendantur, quæ Indorum debellationem permittunt, si Prædicatores non recipiant, aut aliis modis malitiose Fidei propagationem impediunt.
34 Commercium innoxia qui negant, jure gentium inspecto, puniri possunt.
35 Litorum appulsum, & suarum provinciarum hospitium qui peregrinis injurè denegant, injuriarum tenentur, & contra omnes leges humanitatis peccare censentur.
36 Lex injuriarum, §. si quis, ff. de injuriis, & §. litorum, instit. de rerum divis. cum similibus illustratur.
37 Ciceron. Ovid. Virgil. & Paul. Orosii elegantissima loca expendantur, litorum commune refugium, & hospitalitatis officium juri naturali tributum.
38 Hospitalitatis, & promissuæ commercii usus sapè in sacra Pagina commendatur.
39 Loth, & Abraham, quia hospitales erant, Angelos hospitio recipere meruerunt, ex D. Paul. 13. ad Hebr. 2.
40 Cap. offerabatur 30. quæst. 7. exponitur.
41 Hospitalitatis virtutem diffinit, & commendat Clemens Alexandrin.
42 Sara Angelis paravit panes submeritis, & Cleobuli filia patrum hospitium pedes lavit.
43 Romani erant valde hospitales, & qualiter Jovem Xenium, sive Hospitalem colerent.
44 Hospitalitatis & commerciorum utilitatem, & necessitatem plures Auctores tradunt, qui referuntur.
45 Hispani semper fuerant Hospitibus perhumani.
46 Commerciorum, & hospitalitatis usus summo jure conducit ad Fidem propagandam.
47 Hospites olim simul & Doctores erant, ex Luciano, & aliis.
48 Abraham, dum fuit hospes in Ægypto, viros, & Sara famulas in lege Dei instituit.
49 Sine non admittunt exterorum commercia, ideò Fides apud eos difficilè propagatur.
50 Nationes aliqua remissivè referuntur, quæ hospites, & peregrinos admittere prohibent.